Adſit tibi circinus, eumque aperi donec ſuis pedibus extrema datorum locorum puncta attingat, hunc immotum Scalæ miliarium applica, hujuſque numeri notati diſtantiam reddent.

Quod ſi locorum diſtantia Scalæ Longitudinem excedat, tum circino ſumes ipſam Scalæ Longitudinem circinumque ab uno loco verſus alterum toties revolves, quoties intercapedo locorum ſuſcipere poteſt, adnumerando miliaria revolutionum in unum.

Quia vero omnium regionum miliarium quantitas ignota eſt, multo certius circino locorum interſtitium capies, immotumque circinum Latitudinum gradibus applicabis, qui veram diſtantiam dabunt. multiplicando eorum numerum per cognitæ regionis miliaria.

Miliaria autem in diverſis regionibus multum ſubinde differunt, quocirca præcipuarum differentiam huc adiicere libuit.

| | | |
|---|---|---|
| *Milliaria Germanica communia*, quibus & nos Belgæ utimur | 15 | uni Gradui reſpondent. |
| *Milliaria Germanica mediocria* | 12 | |
| *Milliaria Germanica magna* | 10 | |
| *Milliaria Gallica communia* | 25 | uni Gradui conveniunt. |
| *Milliaria Gallica magna* | 20 | |
| *Milliaria Italica* | 60 | uno Gradu continentur. |
| *Milliaria Anglica* totidem vel ut nonnulli volunt | 50 | in unoquoque Gradu habentur. |
| *Leucæ Anglicanæ* | 20 | Gradum unum efficiunt. |
| *Hiſpanicæ Leucæ* | 17½ | |
| *Leucæ Horariæ ſeu Horæ Itineris* | 20 | |
| *Milliaria Suevica & Scandica* | 10 | |

Index